G. & p. in domino. Nec vidi nec legi, Mi Rx in
Christo Episcope, Coloniensem reformationem, sed eam lau-
dari audivi, M. Philippum interrogavi. Qui dicit esse
talem, ut Verbi & sacramentorum legitimus & intellectus &
usus in Ecclesiis omnibus doceatur, remotis omnibus super-
stitionibus. Manent vero Cathedrales & Monasteria
intacta ut nunc sunt. Quae si ita habebunt, tolerabilius
esse donec aliud Deus dederit. Nam ista rapina impiorum
raptorum per rusticos Nobilium & Magistratuum odibilis
& detestabilis est futura, sed exemplo magna pernicies
vel et vastitas parochiarum & scholarum. Sie wollens alles
haben. Und dennoch dahin, das der fursten halben et cetera
Utcunque fiunt in Coronam & brevi futura. Nam princeps
scribit se affore brevi. Comitia sunt in Arnstat
nostri fideles de resignando Ducatu (Coloniensis est dictum
volo) in manus Caesaris, quod optem fieri. Ac gravis
est nostro principi tantos sumptus ferre ut ista Comitia
vel reditus sustententur. Interim in Christo Vale. Quae
misisti munuscula nobis & liberis, accepimus. Scilicet, oro,
si quid tibi suppetit, conferas in tuos Nepotes & miseram soro-
rem misericordiam ostendas, ut non possim recordari sine gemitu ob
calamitatem Mariti. Quoties ad liberos eius video, recordor
si quae ferres, quodquod in eos poteris conferre. Simul & dicebam
deinde tu es Episcopus pauper cum iste parochus dives. Itaque
recordor dicti illius Alexandri papae Quinti, qui dixit
fui dives Episcopus, post pauper Cardinalis, nunc mendicus
papa. Talis & tu nihil est videris. Sed sic voluit illa-